Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 162

Anreiter, Thomas

[S.l.], 1622-1623

Quaestio V.

urn:nbn:de:bsz:31-114244

Visual Library

Conclusio 5 Sunt et turbulenti formidabiles quidam venti Ecnephias, Tiphon, Prester, Ecnephias est cum multa et calida spiratio in nubem cavam inclusa rarescit, et nube rupta fulminis in morem magno impetu deorsum ruit, Tiphon est cum ex diversis nubibus vel partibus eiusdem nubis flatus sibi occurrunt et in gyrum rotati, sicuti cum ex aperto in angustum adigitur similis huic est turbo, qui naves ipsas in orbem actas frangit, et absorbet arbores evulsas saxaque ingentia secum alio devehit. Prester, est cum eiusmodi flatus e nube effertur cum igne, eo quod halitus, vel per antiperistasin vel aliunde sit accensus, hic non solum obvia quæque deijcit sed incendit et adurit differt a fulmine, quod fulmen plus flammæ vehat, minus flatus, quod fulmen sequatur tonitru, quod fulminis materia sit subtilior hijs quædam loca ob ventos admodum aspera traduntur, ut oceanus Atlanticus prope promontorium Bonæ spei, traiectus a Sinis in Japones.

QVÆSTIO V[a]

De meteoris terreis

DVBITATIO V[nica].

De terræmotu.

Conclus 1 terræmotus est agitatio terræ vel ab exhalatione vel a ventis, vel ab ignibus subterraneis inclusis ipsius visceribus, foràsque erumpere contendentibus profecta, dico vel ab exhalatione, vel a ventis, nam quodlibet horum intra terram cohibitum, compressumque, violenter vim habet eam succutiendi atque erumpendi unde causa remota efficiens est sol, astraque et si quid aliud

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

ui suâ in gremio terræ expirationes excitat, pro-
xima ipsa expiratio siue ea gignatur de nouo
tota, siue augeatur, accedentibus nouis partibus, et hac
ratione locum petitq; quē angustia negat cum ipsâ
ui, sibi acquirere debeat pruptâ concussaq; terrâ siue
etiam quod fieri sit a circumstante frigore terræ
ab unâ ad aliâ partem excauata specus, cū tumultu
impellatur, illidaturq; siue deniq; p antiperistasim
accensa, rarefactaq; ut puluis tormentarius impo-
sitam turrim ita ipsa terrā supra positam cū
sonitu quatiat.

Dices ut puluis formentarius ita faciat, debet intra
maximas angustias coerceri, atq; ita conclu di
ut nec minima quidem rima pateat, sicut constat
in cuniculis agendis, at neutrū horū locū hr in
terrâ ut pote Lapa et rimosa satis? R. neg. minore
quod utraq; partem, fieri. n. pt ut pro copiosa exha-
lationū multitudine cauernæ sint nimis angustæ
et ut pori terræ pluuijs, marinisq; undis, alijsq; ca-
sibus ita oppilentur, ut nusquam pateat egressus,
sed cito esto et n̄ oppilentur, nihilominus pro tantâ
uiolētiâ erumpentium exhalationū n̄ sufficiunt,
nec mirū exhalationē tantū posse, quando ui ue-
torū in littoribus, medijsq; campis armati equites
taquā stipula proijciuntur naues cū aquis subli-
mes in cœlū tolluntur, arbores, turresq; sternūt.

Conclusio 2 Terræmotus diuiditur in
tremorē quo tellus, quasi fluctuat spiritu longius
diffuso modo huc modo illuc et impulsum, quo terra
ex imo concussa sursū et deorsū agitatur, plura gene-
ra ponit Albert. ratio modorū quibus fiunt l. 3.
c. 8. sed hæ duæ species sunt apud Arēm uide
Conimb. c. 3. 2. a. 1. sonorum in a. uarietas ex
cauernarū uarietate, quas penetrat exhalatio.

consequitur n[on] aliter ac in hominibus progutturis, atq[ue] aspera arteria compositione, ac qualitate vox crassior exiliorq[ue] efficitur, signa terraemotus sunt s[i] aquae puteorum turbidiores, foetidioresq[ue], vel sint ebullientes praeter solitum, ratio e[st], quod hoc ar-gumento sunt exhalationes sulphureas evaporare et misceri aquis. 2. tumor maris repentinus sine flatu, itemq[ue] intempestiva aeris tranquillitas, ut .n. hac arguit inclusas terrae exhalationes, ita ille egressum earundem sub aquis denunciat. Loca quae maxime sunt obnoxia terraemotibus sunt regio-nes cavae et fungosae, itemq[ue] insulae propinquiores continenti, quae maximam habeant commoditatem ad grandes halitus concipiendos, adde his loca montosa in quibus item n[on] difficulter coguntur exhalationes hinc Italia, Phrygia, Sicilia, Moluce admodum subiectae sunt concussionibus, contra loca p[er]frigida, ut ea quae ad Septentrionem sunt itemq[ue] p[er]calida, ut Aegy-ptus, quibus adde arenosa limosaq[ue] rarissime hos tre-mores sentiunt, frigore, caloreq[ue] exhalationum con-cretionem impedientibus, arenâ vero facilem tran-situm dante expirationibus neq[ue] verum est illud Senecae tumefactionem n[on] protendi ultra centum millia passuum, siquidem Pipino regnante simul et semel Italia, Germania, Gallia contremuerunt, ut refert Orosius l. 7. c. 32. sub Valentiniano Imperatore terraemotum p[er] totum orbem editum, sane id affirmat Didimus de terraemotu q[ui] accidit in morte Christi. Durat a. terraemotus quandoq[ue] diu, pro exhalationum copiâ, nulla vero est anni pars, in qua n[on] aliquando contigerit, maxime tamen omnium ver et Autumnus, obnoxii sunt.

Conclusio 3a. Effecta terraemotuum sunt h
horrorque stuporque hominum fremente dehiscenteque terra
sub pedibus tectis in capita ruinam magno fragore
ruentibus parietibus, tectis lavoque natantibus, ...
...que mortis imagine plurima ob oculos posita cuius
exemplar vide apud Plinium. 2o ingressus montium
ipsorum et uno in alium locum translatio quam Plin.
l. 2. c. 83 ait de pratis, alijsque via publica in
cedente in contrarias sedes transgressis subterra-
neo turbine, terram gyrante factum putat. Conim-
bricenses hoc eodem principio profectum sic quod in
agro Mutinensi duo inter se montes concurrere
visi maximo crepitu assultantes, resultantesque,
pagis intermedijs elisis. Item quod Josephus scri-
bit montem Hierosolymis proximum in adversam
regionem transijsse, sic nostri tempore insulam
quandam ab inferiore solo divulsam fluctuasse in
mari cum incolis, donec tandem cum ipsis miserè
subsideret. 3o. integrarum urbium eversio, et quae
est una cum montibus abruptis terra sub
sidentia quomodo una in Canaria insula alteram
in Euboea. 3a in Thracia 4a in Phoenicia
perijsse dicitur complanatis, dirutisque quomodo
una nocte duodecim Asiae urbes anno Christi
C. IX sub Tiberio et rursus XI anno Christi
XXI concidisse referantur hoc modo Siciliam ab
Italia et Africa ad Gaditanum fretum ab Eu-
ropa divulsam quidam arbitrantur, quasi agi-
tatione exhalationum hoc quicquid intercedebat inter

Sicilia et Italia subsederit, sitqȝ â mari occupa
tu. 4º novarum Insularum ac montium ortus dum
spiritus erumpere volenti terra attollitur in monte
5º subitanea machinarum undarum elevatio subtractioq
adeo ut aquei montes videantur fundo et aquis ne ex
halationum elevatis piscium greges in sicco desti
tuantur ut Antonio et Dolabellâ consulibus ad ostia
contigit Tiberina aquâ intra terrae spatia collabente
6º nova aquarum scaturigines, et fluviorum, lacuumq
exortus, mutatis et subinde qualitatibus aquarum,
ita ut calida pro frigidis fluant, et contra, venis
scilicet fontium alio deductis, et confusis cum alijs
aquis. 7º pestilitas, quae ex inclusis diu venena
tisqȝ spiritibus e tenebrosis antris, squalidisq
cavernis erumpentibus in animalia diffunditur,
adeo ut tempore Neroniano in Campania post
terraemotum grex sexcentarum ovium mortuus con
siderit attractis huiusmodi exhalationibus,
sileo quod refert Albert. de puteo Padua terrae
motu incluso postea aperto in quem, qui priores
duo purgandi causa descenderunt infecto anhe
litu sunt extincti. 8º eructatio aquae qualis in
Caesareâ circa Mundum extitit et quidem pestilens
adeo ut perierint omnes qui eius pisces ederunt, item
in aeres longe attollerentur, atqȝ instar aeneorum
tormentorum excutientis, cuius exemplum fere similiter
referunt Conimb. Atqȝ haec sufficiant de subli-

mibus, et terribilibus ac quibus et illud acri
cogitatione evolvere assuescamus, quam horribilis
sit aeternus Judicij dies, quae horribiles praecurrent
Cometae, aereaque spectra, terraemotus, et similia
multa, absoluta ipso die S. Afrae. 6. Aug.
Anno Virgineo 1622. DEUS. Nos ab infimâ
telluris valle ad sublimem tollere
ac promovere Olympum
dignetur

Examinatus sum a RR^dis et doctissimis Patribus, P.
Joachimo Grindlin Casuum Conscientiae Professore Ordinario,
P. Petro Hildbrand Mathematices et Linguae Hebraicae professore
P. Thomâ Anreütter Philosophiae Professore pro supremâ
in hac facultate laureâ 3º Junij ab horâ 10 usque ad 11.
et 15 eiusdem mensis ab horâ 3ª usque ad mediam,
secunda pro eâdem supremâ in Philosophiâ laureâ.

59

G.H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE